



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt in sacrificio panis vinum cum aqua mixtum offeratur. iii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Quòd in Eucharistia nec pura aqua, nec purum vinum offerri debeat. Cap. II.*

*Ex cõcil. Vuorma. eic. ca. 2.* **I**N Eucharistia non debet pura aqua offerri, vt quidam  
brietatis causa falluntur, sed vinum cum aqua mixtum  
quia & vinum fuit in redẽptionis nostræ mysterio, cum  
cit: Non bibam de hoc genimine vitis, & aqua mixtũ, quod  
post cœnam dabat. Sed de latere eius aqua cum sanguine  
gressa, vinum de vera carnis eius vite cum aqua expressa  
ostendit. Quum igitur magister veritatis verum salutis no-  
stræ sacrificium suis commendaret discipulis, panem tan-  
tũ & calicem sub hoc sacramẽto præbuisse cognoscimus  
ideoque præter panem & vinum cum aqua mixtum, aliud  
offerri nõ debet. Calix enim dominicus vino & aqua com-  
mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum inte-  
ligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo quando  
in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur,  
credentium plebs ei in quem credidit copulatur & impu-  
tur. Quæ copulatio & cõiunctio aquæ & vini sic miscetur  
in calice domini, vt commixtio illa nõ possit separari. Nam  
si vinum tantũ quis offerat, sanguis Christi incipit esse  
ne nobis. Si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Chri-  
sto. Non potest enim calix domini esse aqua sola aut vinum  
solum, nisi vtrunque sibi misceatur.

*Vt in sacrificio panis & vinũ cum aqua mixtum of-  
feratur. Cap. III.*

*Ex cõcil. Cartha. cap. 23.* **V**T in sacramentis corporis & sanguinis domini  
amplius offeratur, quàm quod ipse dominus dicit. hoc  
est, panis & vinum aqua mixtum: nec amplius in primitiis  
offeratur Deo vino & frumento.

*Vt nihil aliud in sacrificio offeratur, nisi panis & vinum  
aqua mixtum. Cap. IIII.*

*Ex cõcil. Africa. cap. 4.* **V**T in sacramentis corporis & sanguinis domini  
amplius offeratur quàm quod ipse dominus tradidit  
hoc est, panis & vinũ aqua mixtum. Primitiæ verò, ceu  
& lac quod vno die solennissimo in infantum mysterio so-  
let offerri, quamuis in altari offerantur, suam tamen be-  
neant propriam benedictionem, vt à sacramento corporis  
dominici & sanguinis distinguantur, nec amplius in primi-  
tiis offeratur, quàm de vis & frumentis.